

III. His ita positis respondemus ad argumenta  
Affirmativa:

1. Primum nimis generale est, nec applicari potest ad ea loca, in quibus diversi magistratus diversam jurisdictionem exercent. Generalis dispositio non extendenda ad non verisimilia, non cognita, neque ad ea, quae specialiter quis non expressit.

l. i. C. quae Res pign. obl. l. 34.  
de R. N.

2. Concedimus, Gymnasi Professores et Collegas esse Incolas et subditos; negamus vero, illos Magistratus oppidani subditos esse, et consequenter nec statutis illius obligari.

Carpzov. P. III. Const. 12. def. 16.

3. Si statutum illud a Principe confirmatum, confirmatio haec, ut et Ordinatio pupillaris ad solos Cives et Rusticos sub jurisdictione Magistratus referenda, non ad alios, quorum nulla mentio fit.

4. Consuetudo illa adducta non est Universalis; sed specialis et localis a sola Civitate recepta. Probanda vero quod in Gymnasio usu frequentata, et actibus publicis, continuis, uniformibus ac judicialibus aliquot sit confirmata.

Lauterb. in Coll. pract. l. 1. Tit. III.

5. Tex.